



De Rhodie vrbs obsidione.

Hodie vrbs obsidionē descripturus causas in primis narrare institui. que turcorum tyrannū mahumetū potissime impulerūt. vt tanto conatu Rhodi- os aggrederef. Licet enī cum turcis nō parua discidia rhodij habuerūt ab- olim. tamen cum eo qui nunc imperat. post Cōstantinopolis expugnationē grauiā gessere bella. Inimicus quidē vires in dies augens insolentior redditur. Lunq̄ quattuor et viginti circulo annorū cōplures sibi vicinas ditiones subegisset anīmō in- flatus egre admodū egit rhodiam vrbs. equitūq; Hierosolymorū ditionem finitimā eius imperio liberam absolutāq; esse. Maxime q̄ diuerso tempore quattuor classibus instructis. castella et rhodiorū agros inuaserit. obsederit. oppugnauerit. ex quibus igno- miniam discrimen et cladem reportauerit. Ex turcis nāq; multi trucidati. palo suffici. furcis suspensi. sagittis affecti. lapidibusq; celsi. calamis preustis suffossi. gladijs obiecti membratim discerpti. perierunt. terra mariq; succubuerūt hostes. Cōspecta igitur rho- diorū militū generositate. quod vi assequi nō potuit. dolo versutia tentare decreuit. Ses- pius submissis sibi greculis qui sibi parent. cōfederationē cum rhodijs inire equa con- ditione permīssa. dummodo quidpiā tributū titulo cōcederetur. Cum vero reiectum ve- ctigal sepenumero videret. arte pacē tractat. eam ratam habet si tacita tributū cōditione orator Hierosolymorū cum munu sculis tribunal suū adeat. Arbitratus quidē se mu- nera tributū titulo accepturū. que rhodiorū magister munera vocitaret. Fallitur q̄q; ho- stis hoc cōdimento. nec rhodij cōditionē recipiunt. ei q; cōiungi cōtemnunt. qui fidem christi persequit. quā ex p̄fessionis voto tutantur. defendunt. iuuant. His de causis ra- bidus hostis odiuz cōtra rhodios inextorabile cōcipit. menteq; destinauit vrbs si pos- set perdere. et rhodiorū nomen penitus delere. Impulsus q̄ est quorundā p̄suasionib;. qui ad turcos defecerant. abditāq; vrbs cognouerant. Inter quos primū locum obti- nuit vir nepharius et perditū ingenij Antonius meligabo Rhodios non infimo loco

natus. qui rem domesticā iam pridem dilapidauerat. Is rei domestice penuria ductus  
diutius cogitans quonā modo rhodijs infestus esset. et patrie cladem afferret. vr̄bis p̄  
pugnacula. turres. menia. abdita loca. munitiones. diligētius speculatus. ciuitatisq; si-  
tum. edificia describens ad turcum traiecit. Cōstantinopoli quoq; degens. bone polli-  
citationis spe vr̄bis potiunde data. quendā bassam grecū ex nobili patilologoz fami-  
lia natum. ad nephandū facin<sup>9</sup> allerit. Secutus est huius vestigia cuboicus quidā De-  
metrius Sophonia vir quidā supstitiosus et malefic<sup>9</sup>. qui post cuboicā direptionē ad  
turcū defecit. aliqñ rhodi habitauit postea nūc̄j noīe de pace tractauit. hic etiā suasoz  
obsidionis extitit. Extractis itaq; his in oriundis suadēdisq; annis tribz. tandē res basse  
placuit Profuit ad id inducendū apostatarū plurimozū qui fidē abnegauerāt inīqtas.  
qui peruerzorū suasio probarūt. Asserebat proditorz Anthonius vr̄bē nonnullis locis  
veteribus muris vetustate collapsis. facillime inimico patere. ac paucos ciues defenso-  
resq; adesse. et plerūq; cōmeatum triticiq; penuria laborare. subsidia a longinquis re-  
gionibus rhodios expectare. que tempozī adesse nō poterint. Idem testatur demetrius  
Id quoq; sequaces astipulant. His tactis fundamētis suadebāt facinus aggredi opor-  
tere. Dum bec Bizanti agitarentur. Rhodioz clarissimus princeps ac magister Pes-  
trus danbussō vir quidem magno et excellenti ingenio ac prudentia. illustri familia ap-  
ud galliam celticā natus. quem ea nō latebant. diuino instinctu doctus vetustiora ro-  
bis loca delapsa et minus inuenta toto triennio magnifice erexit. muniuit. ampliavit.  
excogitauitq; frumentū. vini magnā z cōmeatum copiam comparare. Religiososq;  
et mercenarios milites accire quo vr̄bem tueretur pro quibus deuehendis et condu-  
cendis epistolas mandatorias ad diuersas vr̄bis prouincias destinari. Ita nutu dei  
et magistrī opera ciuitas munitur. cōmeatus cōparantur. naues ac milites ad tutio-  
nem accedunt. Proditorz Anthonius horum inscius arbitratus omnia apud rhodios  
negligētius p̄teriri. Instigat bassam vt properet et rem memoratu dignā aggrediatur.  
idipm suadere conatur demetrius. Quo effectum est vt bassam ad turcum ea ex ordine  
referret. Sepius quoq; inter turci satellites re agitata de rhodie vr̄bis expugnatione cō-  
sultatur. de qua varia orit̄ sententiā. quibusdam narrantibus rem penitus inanem esse.  
nec id posse facile cōsequi ob vr̄bis magnificentiā et militum generositatē. qui asiaticis  
pares censi nō debent. quibus mortem potius opetere q̄ aliquid turpiter imbecilloz  
q; agere animo est. alijs rem facilem causis assertis affirmantibus. nec tamē paruo tem-  
pore quibusuis magistrum prouidisse. Quare si cum celeritate atq; diligētia exercitus  
maritimus atq; terrestres comparet. vr̄bem haud dubio expugnaturum iri putant. Ac-  
cersiuntur ad hanc cōsultationem diffiniendam machinarū viri periti. inter quos nu-  
meratus est Georgius vir vafro subtiliq; ingenio qui ex cijs ad turcum dudū defecerat  
Cōstantinopoli quoq; degens vxorem et liberos nutrebat. a turco dilect<sup>9</sup> et plurimis  
gratijs dotatus. Is aliquando rhodi fuerat. vr̄bemq; tabula designauerat. sed tunc nō  
tam munita fuerat. Preterierant nāq; anni viginti ab eo tempore quo eam viderat. De-  
scripserunt quoq; et turci iussu plures egregij artifices rhodie vr̄bis situm. sed Georg<sup>9</sup>  
cunctos superauit. Magnis itaq; rationibus adductis. vicit tandem sententiā vt vr̄bis  
oppugnationi magna fieret. huic fundamēto inherentes. nullos tam crassos muros esse  
qui machinarū impetu demoliri nō queant. magnamq; turci esse potentia. qui duo im-  
peria. duodecim regna. tot puincias. totq; vr̄bes subegit. Hostem quoq; nō parum mo-  
iuit. Rhodie vr̄bis situs ad cōparandas classes aptissimus. insuleq; celebritas magnis  
laudibus ab antiquis predicata. quam ob loci magnificentiam. aeris salubritatē. et ad  
orientis prouincias christianozum subigendas cōmoditatē: potentes quondā rho-  
mani beniuolam et sibi amicam reddidere. Putatq; si hoc potitus fuerit. finitimis sub-  
acns ditionibz fines suos p̄ egeū ionūq; facile pelag<sup>9</sup> perlaturū. Resistentibz itaq; qui-  
busdam p̄claris bassis in sinistrū p̄sagientibus. classis instaurat. exercitusq; cōparatur.  
Decretūq; est vt milites terrestres iter faciant. traicctoq; helleponto per Asia in Licia  
que rhodioz insule adiacet pergāt. et per fretū liciū a phisco antiqua cōtinentis ciuitas  
te duo de viginū milibus passū distante rhodiū nauigent. reliquos vero machinarum

et belli ingeniorū apparatus cum parte copiarū classe deuehit. Bassa paliologus expe-  
ditionis p̄fectus classem cōscendens Antonium perquiri iubet. quē paulo ante morte  
turpiter obisse cōperit. Accersito igitur demetrio satellitē adhibet. Tunc passim rumor  
erijt classem et copiosum exercitū in rhodios parari. Turcus vt hec res lateret. aditus  
portus. passus custodit. phibetq; ne quis nunciū deferat. Sed non valuit eius astutia  
magistri sollertia phibere. qui assidue literis et nuncijs ex turchia apparatus intelligit.  
nōnulli quoq; ex nuncijs in dolo versati sunt. Nam cum exercitus in licia degeret clas-  
sem operentes affirmauerūt vita excessisse turcum et ex alijs causis exercitū illuc adesse.  
Dum hic rerū status esset. summa cura princeps noster hostiūz dolos acute p̄spiciens  
cuncta disponit. et de presidijs Langonis castelli sancti Petri seracii. lindi. moneleti or-  
dinat que loca defensorib; comeatib; machinis et ceteris bellis aptis munit. Om-  
nis plebs cum suppellectili rhodum et oppida intrat. ordei quod maturū fuit colligitur  
q̄stotius frumentū crudum (nondū enim messis aderat) quod urbē circundabat. prout  
cuilibet facultas fuit. populus eradicat. colligit. et in domos portat. Dum hec magno  
cum tumultu agerent. vigil in specula montis qui in occidentē vergit sacello sancti ste-  
phani sacri nunciat classem apparere. extensisq; velis nauigare. Magna quippe populū  
frequentia ad hoc spectandū cōcurrit. tota ciuitate trepidatur. populūq; clamore cuncta  
resonant. classis phiscum nauigare p̄perat vt milites qui terrestre iter fecerant cōscendāt  
et rhodiorū fretō transito repente velis cōuersis ad nostra declinat litora. Apulit itaq;  
ea classis velorum centum.

Decimo kalendas Junij Anno incarnationis verbi diuini Millesimoquadringen-  
tesimo octuagesimo. militeq; primū in terrā exposito in vertice montis sancti Stepha-  
ni et circa eius montis colles castrametati sunt. machinas quoq; et bellica ingenia in li-  
tus exonerant eo in loco quē ab ipso monte defluens aqua abluat qui a rhodijs obice  
collis spectari nō potest. His peractis pars ad deuehendū terrestre exercitū phiscū na-  
uigat. In classis aduentu quidā thurci equestres pedestresq; versus urbis menia auda-  
cia quadā freni irruunt. eruptione autē a nostris facta hostes fugantur. fundunt. quidā  
quoq; ex eis trucidantur. Postea dum nostri p̄mesarent altera eruptione facta turci p̄-  
pelluntur cadūtq; nōnulli. ex nostris vero miles vnus perijt. qui incautus manū conse-  
rebat cuius spolia et cadauer nostri sibi vendicant. turci capite absciso illud lancee suffi-  
gunt. ad suos q; cum plausu reuertuntur. Postridie eius diei qua classis appulit. hostes  
tres ingentes machinas in ortis ecclesie sancti Antonij vicinis. arborib; omnis gene-  
ris fructū cōstitis collocat. turrin q; sancto Nicolao dicatā in vertice molis sitam op-  
pugnare conatur. easq; machinas lignearū munitionū p̄pugnaculis operiūt defendūt-  
q;. Nostris vero munimentis que repara vocant cōspectis. tria tormēta que bombardā  
vocant ab hostium dextera in ortulo palatij militū auerniorū statuunt. eiusq; diei dilu-  
culo Georgius machinarū egregius artifex de quo habitus est sermo repente ad fosse  
ripam que magistri palatij munit visus est. amice omnes salutans clamansq; vt intro-  
ducatur. ab rerū ignaris pene cōfoditur. defenditur ab alijs. ex temploq; ad magistrū  
perducit. Vir enī erat corpore procero. forma eleganti. satis eloquens. magna astutia.  
cui germania patria est. Rogatus de causa aduētus respondit zelo fidei cōpulsus et pu-  
blico christiane religionis cōmodo suasus ad nostros defecisse. placide excipit. lauda-  
turq;. p̄positum si in eo persistat. De hostis exercitusq; habitu dispositione qualitate cō-  
sultus cōstanter. prudenter. intrepideq; respondit. Inter cetera edocet numerū militum  
omnis generis centū milia vel circiter adesse. classem eam quā diximus machinas sede-  
cim ingentes deuexisse. quarū longitudinis dimensio duozū palmozū et viginti fertur.  
que vehemētissimo velocissimoq; iactu globos saxeos rotunditatis palmozū nouē ple-  
rosq; vndecim torquent. De huius viri defectione varie quidē sentētie suborunt. Qui-  
dam exploratorē affirmant. et fugam cōmento asseruisse vt rhodios fallat. Nōnullorū  
assertio fuit eum callidū et male ficū virum esse. multaq; olim effinxisse. Quibusdā alijs  
sentientibus. et in bonam partē defectionē interpretantib;. q; prudens esset et penitens  
erroris id fecerit. sapideq; intelligeret hec rhodijs machinare nō posse vbi tā prudentē

principem et expertissimos milites sciret de gere. Augent suspitiones epistole ex castris  
turcorum in ciuitate sagittis misse. que Scorigiu insumulant et ab eo cauendū esse dicit  
tant. Magister ingenio solers et pspicax Scorigiu arta custodia seruari iubet. sex robu  
stissimis comitibus adhibitis. in his que machinaruz iaciū et belloz ingenia spectant  
ipius arte caute vtitur. Omni igitur conatu turci ad expugnationē turris et molis san  
cti Nicolai incumbūt. si hmoi potiant. putant urbem in suam potestate facile venturā  
Est enī moles ipa trecentoz circiter passuum in mare ptena miro artificio ab antiqui  
manufacta. que suo pgressu portū tremibus aprū a parte occidentis efficit. Qui in  
troitus cautibus cōcludit. vt tremis introire vix possit. In molis quidē vertice septen  
trionem spectante arx de qua sermo est. magnifice nostra etate erecta est. vbi pscis tem  
poribz collosus ille ingēs rhodius vnu de septē mirabilibz mūdi posit⁹ erat. Qui post  
tres et quinquaginta annos quo fusus est terremoto corruit. osqz portus rhodij spectat  
Dachinis qz illic collocatis sublimēs quedā turres que portū claudunt valide oppu  
gnari ac dirui. naues qz ne portū subeant pbiberi. haud difficile pūt. Loci igit et tur  
ris oportunitate hostis allectus. omni conatu arcem aggredit. quatit oppugnat. iactuqz  
trecentozū lapidum spericorū diruit eam. pserim partem que occidentē spectat. Ruis  
na quidē turrim munit. Licet enī suo pondere scituqz vehemētia saxa ingenia ex quibz  
bus edificata erat laberentur. tū materia calce arena et lapillis immixtis confecta adeo  
demoliri nō potuit quin turris portoz pars staret. ex quo facilis ascensus hosti negetur.  
terrozi fuit tanti edificij lapsus. Multozū enim annozū opus illustre. temporis momē  
to ruit. Preter qz plurimoz opinione: ingentes et impetuose machine. illam arcem lace  
rant. dempant. deuasant. Cum autē turris labefacta vix tutabilis videret. statuit ma  
gister industria. ingenio. vigilantia. roboreqz. militū eam arcem tutari. qui murozū cras  
situdine defendi nō potuit. Adhibitis viribus summa cura parantur que turri et mol  
presidio sint. Milites igitur in primis strennuissimi deliguntur qui locū defendāt. val  
lūm qz ex lignis efficitur quod turrim claudat. fossam qz cauibz excisis circumducūt.  
Collocatur in turri presidū validum p loci capacitate. Turris nāqz iussu magistri qui  
assiduo cogitatu tuitioni loci inuigilans nō formidat. cimba rectus diruptā arcem vise  
re dum machine lapides torquerent calce et lapide oppletur vt locus vix cōmilitonum  
capax reddatur. Cōstruitur et aliud presidū equestriū z pedestriū in antemurali. quod  
a turri sancti Petri ad inferiorē mandrachij partē protendit. qui transitum turris pb  
beant. Humile nāqz mare et vadofum illic transiri potest. vbi et vegetum munitiones  
parate. et tabule clauozū in fixatione infeste in pundo fixe sunt. que impedimentum essent  
hosti vadenti. In vallo autē radice molis milites electissimi locati sunt qui pugnantis  
bus nostris presidio sint. Abi magister insignis armis auroqz fulgens facinozi clarissi  
mo intendebat. Disponunt ea parte murozū vrbis bombarde et tormenta que tremes  
et turcorū nauigia expugnent. pfringantqz. Prope qz cautes eius arcis cimbe cōbusti  
bilibus cōplete stationem habent. que in oppugnatione incendant et hostium classi in  
cendiū afferant. His rebus magno subiliqz ingenio dispositis fiunt vigilie. prestola  
tur hostiū inuasio. Demum exorto lucifero. dum zephiri placide flarent. turcorū tire  
mes a litore cauitum montis sancti Stephani soluunt superatoqz saburre p montio  
nauigant. eamqz turrim ppugnant. Primo congressu anteqz in terrā descendant ingenti  
clamore et tympanoz sono voces edunt. vt terrozi multitudo sit. Hostri autē in armis  
dispositi presto adsunt. Cum enim tremes turrim ppugnant. machine saxa iaciūt. pū  
dium quod in turri locatū erat armoz vi. balistis. iactuqz lapidū. hostem ppulsat. Pel  
luntur turci. fugantur. trucidant. Ea in pugna quemadmodū postea a pfugis relatum  
est. septingēti turci interiire. plurimi vero vulnerati sunt. Victoria potius princeps in  
signi equo vectus illustri comitatus phalanga. urbem moze triumphantis intrant. facel  
lūm qz quo imago sacratissime virginis philēmi montis miraculis percelebris posita  
erat. visitans gratias agit. et demū ad reficendos animos militū domū reuertitur. Per  
dita tunc spe arcis molisqz potiunde. visqz valido pfidio turci grandiozibz viribus ar  
cem aggredi. aliaqz loca oppugnare. memia diruere studēt. vt defensoribz distractis. vno

momento molem et loca dirupta inuadant. ne vires nostrorum vnite essent. et dum diuersas partes tutari cogitaremus. negligentius in moles agitur. Sequenti igitur nocte magno clamore viroꝝ onera subeuntiuꝝ cuncta resonant. machinas ad menia hebreorum vehunt. Ante hos muros octo ingentes machinas collocant que munitionibus defensione in menia saxa grandia iaciunt. Aliam machinam prope radicem molis que ad septentrionem vergit. in cuius vertice damnati: extremo afficiunt supplicio. ponunt que in vertice montis molis molendinoꝝ. se in molendina supra mole edificata globos saxeos torqueat. Hostiuꝝ pposito agnito magister. solita prudentia cuncta dirigens. diuinis supplicationibus cum populo et comilitonibus innitens. munitiones ad interiora vrbis parat. Iudeoꝝ edes que in pomerio erecte erant diruunt. vallum paratur. fossa cauatur et murus fosse summe arte et diligentia obijcitur. Inter diu noctuqꝝ operi intendit. Non magister. noꝝ bauilini. noꝝ priores. noꝝ milites. noꝝ ciues. noꝝ negociatores. noꝝ matrone. noꝝ nupte. noꝝ virgines opere vacant. lapides. terra. calcem humeris portant. Auro argento suppellectili noꝝ parcitur. vt publice saluti cosulatur. Machine hostiuꝝ vehementissimo impetu menia quatunt. et facie egregioꝝ lapiduꝝ diruunt. Tanta eni erat iactus violentia tormentoriuꝝ. vt oibus admirationi fuerit. Nullusqꝝ rhodi degens vbi ex omni natione latinis nois nonnulli versabant copertus est qui non affirmaret vilo vnqꝝ tpe tales machinas vidisse aut audiuisse. Id qꝝ Georgius pfuga affirmavit. et nulqꝝ terraruꝝ tam grandes inueniri aserit. Dum enim saxa iaciunt in lapiduꝝ exitu sonus ingens editur. qui tonitruu instar resonat. fumusqꝝ tanqꝝ nubes crassa diuturno tpe in aere vento fertur. quoruꝝ sonus pleruqꝝ ab oppidanis castelli rubei auditus est. quod a rhodis centuꝝ milibus passuum orientem versus distat. Ipe qꝝ machine mirabilius quoddam efficiebat. Machine posteriora in munitionem que palis terre affixis fabricat. tam grande impetu reddebant. vt instar motus terre. edificia vrbis paululuꝝ hoc pulsu mouerent. Spe igitur in meniuꝝ tuitione perdita. totis viribus vallo fossa et munitionibus interioribus tutamen constitauimus. Nec hec hosti sufficiunt. Aggreditur quippe alio terrore vexare. Collocat enim omni ex pte tormenta et mortaria que ex transuerso edificia vrbis verberant. diruant. mortalesqꝝ coterant. Hec tormenta mortaria dicta. interdium noctuqꝝ saxa in aera sublime iaciunt. Erat quippe populo in genti terroꝝ. qui in aere tam grandes globos saxeos conspicebat. Non enim parua anxietate id nostris incussit. Plus tamen noctu qꝝ interdium terroꝝ attulit. Nullus in priuatis domibus tutus videbat. Quilibet latebras queritabat. veruꝝ ei vulnere mens humana medetur. Iussu magistri mulieres infantes et omnis imbecillitas etas. in pomerio collocatur. et crassa trabe protegunt. Ea namqꝝ ingenia raro illic decidunt. Ad vrbis quippe frequentiora loca dirigunt vt mortales coterant. domosqꝝ quatiant. Iuuenes vero et robusti qui interdium saxa suscipiebant. tormenta facile vitabant. Hoc autem quidam caueas subterraneas. quidam valuas crassissimas. quidam fornices et sacras edes querentes sub eis trepiduꝝ somnuꝝ carpebant. Hoc quoqꝝ miraculo fuit nutuqꝝ dei factum esse haud aliter credit. qui publicis supplicationibus assidue ecclesijs et altaribus exorabat. et cum plura saxa machine torquerent. pauci tamen mortales et quedam bruta eorum iactu interierunt que potius domoꝝ ruina iactu lapidis colapsaruꝝ qꝝ saxei globi pondere attrita sunt. Hostes quoqꝝ id parum arbitrati. duas machinas ex grandioribus in eminentiori loco qui ad hesperuꝝ vergit. ex quo prospicitur collocant. que assidue vrbem et loca edificijs frequentiora saxa torquent. Nec ipse machine licet terroꝝ essent. damnuꝝ insigne ediderunt. nec mortales occiderunt. prepedite noꝝ ambigo orationibus que deo. eius genitrici intemerate et beato Johanni baptiste fiebant. Bassa vero principis nostri vigilantiam et ingenium conatibus suis inficere conlectans. Magistruꝝ dolo interficere aggressus est. submissis quibusdam qui defectioꝝ nis preteritu eum adorirentur. Quo euecto arbitratur rerum facile potituruꝝ. Hoc quidem nephandum facinus perfuga quidam veneno perficere statuit. comite accito qui postridie cum toxico vrbem intraret. His perfugis bassa grandia pollicetur. facinus perficiant. Qui prior ingressus est examini prudentum. vt certi subijcitur. contrarijs

sermonibus deprehenditur. crimenes vltro pandit. **D**onetque vt caueat princeps. quia plurime in eum sunt parate insidie. Damnatuſ per fuga. securi percussus interijt. Cum vero sceleris comes venenū gestans ad nos transiret. a quibusdā vix cōfoditur. **U**n̄ perterritus ad turcos reuertitur. Dum hostis italie stationis menia oppugnat. nocte ad ripam fosse munitionē ac repara. diligentius erigit. hostilibus munimentis fosse adhibitis cōspectis. de his dirimendis cōsiliū agitur. Deligunt fortissimi iuvenes quinquaginta. quibus miles ordinis pficitur egregi⁹. Eruptione itaq; facta. per fossas occulto nostri vadunt. **U**bi ad partē munitioni obiectā ventum est. scalis erectis ripaz fosse ex templo cōscendunt sagittis. gladijs et saxis hostes persequuntur. fugāt. trucidant. Ea in pugna turci decē gladio celi sunt: munitio fracta. **E**gregij iuvenes victoria potiti. quattuor capitibus hastis affixis urbem ouantes intrant. oppidanoꝝ ingenti plausu excipiuntur. **M**agister victores muneribus donat. ad incitandum iuuenū animos et alios ad queq; egregie obeunda alliciēdos. **P**aucis diebus interiectis. turci turris potiunde desiderio cōpulsī. superioriq; repulsa accensi. arcem sancti Nicolai grandiori conatu arte et ingenio aggrediuntur. munimenta q; et ppugnacula iactu machinarū demolunt. **N**ō presertim: summa diligentia restituit. parant ad cōslictum ligneū pontem. qui ex sacello sancti Antonij turris in molem transitū prebeat. **P**ons autē ex lignis varijs vegetibus cōnexis. quibus asseres clavis cōfixe erant cōstruitur. latitudo sex militū equo gradu fronte q; dimicantiū capax fuit. longitudo vero tanta erat que litus vtrūq; cōtingeret. **P**ontem in mare turci ad ripam molis traducere ingenio pponunt. **A**nchoram enī rudentē alligatā quo fune pons religatus erat circa molem hostes in mare deiecerunt. vt tracto fune anchoraq; mordaci dente renitente pons in vterioꝝ molem ripam natare cōpelleretur. **A** nostris arte cognita nauta quidā rerum maritimarū non ignarus. nocturnis se obruit. anchoram soluit fune cauib⁹ remissius alligato. qui parua vi dissoluat. **E**gregium facinus ad magistrū defulit. qui aureo munere donatus. gaudens comitū plausu ad stationē molis reuertitur. **T**urci cōperto dolo cum primum pontis diectionē expe-riuntur. decepti statuūt scaffarū remigio. pontem ad ripam transuehere. **H**ostis quoq; tante rei intentus. ad oppugnationē triremes triginta parat. bene quidez munitis et ad cōslictum ornatas. **P**reter has q; adijciunt nōnulla oneraria nauigia. parandarias vulgo dictas. ex quibus quedā machinis et saxeis globis tormentis adaptatis onuste fuerē vt si turris victoria potirent repente ex eo loco portum turres meniaq; diruerent. p̄sternerent. demolirent. **N**ec p̄termittūt celeriores cymbas disponere que turcoꝝ strenuissimos quosq; ad molem deiecerant. qui primi nostros aggrediant. et cum eis man⁹ cōserant. quibus p̄stantibus ceteri ex ponte et triremibus in mole descendunt. **I**mponuntq; triremibus et parandarijs nō paruas machinas quibus nostros p̄sternere possent. **G**randes quoq; machine que turrim diruerant ad tempus ineundi cōslictus officio fungantur. **P**riniceps vero noster rerum summe inuigilans subtiliq; ingenio et solerti mente cuncta diiudicans. freus strenuissimū cuiusq; cōmilitonis sententia qui ex occidentali natione aderāt. nec defuerūt pleriq; indigene. greci. ingenio manuq; prompti. summa cura arcis defensionē cōsulerūt. **S**uspicati enī post primā pugnam qd cōtingit. turris et moles ppugnaculis. fossa falloq; abundantiusq; munif. accersitis operarijs se re mille qui inter diu noctuq; cantibus excisis. rupibusq; demolitis qd expetitur conficiunt. nec impensarū parciunt sarcinis. **P**residia q; in turris ruina collocant. pariter et alia p̄sidia in radice molis disponuntur. que nostris casu vrgente optulerunt. **R**ebus sic ad pugnam paratis subdubitaueꝝ nostri. ne turci duobus locis urbem eodem momento aggredierentur. vt vires partirentur. et quod cupiunt facilius conficiant. **U**n̄ incommoditati et periculo magistri prudentia prouidit. **P**residia quoq; robustissimorum in menibus indeoꝝ ac italie stationis que iam iactu machinarum partim demolita erant statuit. qui tuitioni intendant. nec suo sine iussu discedant. **N**on est qui sane non diiudicaret ac sentiret nostram salutem in turris tuitione collocatam esse. **Q**uo fit vt vno ore oēs tanq; fidei veri athlete eius tuitioni cōsulerent. et vt cōmune xpianoz domiciliū seruarent. **I**n quo plurimoz equitū. Hierosolymoz ac nobiliū infimozq;

Latinorum pariter grecorum rhodiorumque virtus et animositas emicuit. qui cōcordi audacia et animositate asylum et tutissimum christianorum refugium rhodiam urbem tutant. Duo mercennarij iuvenes qui turris presidio ascripti sunt cōprehendunt arma in pelagus deiecit. qui facinore perpetrato ad turcum deficere pponunt. Crimine damna capitis supplicio afficiuntur. Ad turris demū oppugnationē turci tercio decimo kalendas Julij in tempesta nocte terra marique summo silentio accedunt. Ubi vero pugnam inire conantur. grandi cum clamore timpanorumque sono inuadunt. Hostri quidē arce cū auribus: hostium impetū cōperientes. ubi eos adesse cōperunt. gladios stringunt. balistis et tormento et iactu hostes laceant. deturbantque. Hostium trémes ac cymbelioribus adherent. Pons que traducitur quo cōscenso hostes transeunt. Hostre quidē machine in muris collocate globos saxeos torquent. Pons natans frangitur. turci merguntur. quattuor que trémes et nauigia tormentis onusta iactu machinarum psteruntur: et vndis obruuntur. Turci frequentes qui ex cymbis et trémibus in molem descenderant. a nostris ceduntur. trucidanturque. Ignes etiam in classem solutis lintribus immittuntur. Flecturci impigri bombardis respondent. ignes iaciunt. sagittas impetuosissimas ex balistis et cathapultis torquent. Magna vi in obscuro. nisi dum ignes iaculati lucem plerumque preberet. Acriter pugnatur. et media nocte usque ad horam decimam diei sequentis durans pugna. pulsatisque hostibus victisque dirimitur. Uidisset toto triduo hostium cadauera litore iacentia auro argēto. insignique veste fulgentia et cōplura mari fluctuantia que pelagi estus vt natura solet in superficie ferebat. quorum spolijs cōplures ponti sunt. et ex his non parū comodi vendicāt. Insignis quidē hec pugna fuit morte clarorum viroque qui turcis perant. quorum interitus merore et luctum hosti attulit. pferentim generis turci viri quidam strenuissimi a turcoque dilecti: mors magno fuit merore. Cuius cadaver post triduum mari ebulliente in molis litus deuectū reperitur. eiusque spolijs quidā ex nostris potitur. Perfuge qui post prelium ad nostros defecerunt edocent exercitum magnā cladē accepisse. turcosque ea in pugna duo milia quingentos cecidisse. ex eoque bassam ingentem merore cōcepisse. qui tres dies intra papilliones. frequentia cōmilitonū phibita se cōtinuit. et stragem turco celerius denunciāt. eo que mens eius roditur que post tantā ruinam turri illatam arce potiri non potuerit. Et que tantā in eius oppugnatione ignominia accepit. ex istimans turcensem numerosum exercitū inualidū esse qui turrim diruptam expugnare non valuerit. Cum autē turci spem turris expugnande perdidissent conati. studium. industriā. omnesque vires ad ciuitatē omni ex parte oppugnandam cōuertunt. Et licet ad menia iudeorum. ac italie stationis animū potissime cōuertant. non cessant tū circumquaque muros verberare et demoliri. Hostis ceptum opus cōtinuat assiduoque conatu aggreditur. ppositum cōficere. Excogitant itaque turci ad urbem ingenio occulto. pproquare fossas laborintibi p similes effodiunt quas lignis arborum ramusculis cōtertis edificant terraque operiunt. vt latenter ad fossas urbis accedant. Propugnacula quoque multis in locis cratibus de viminibus cōtertis edificant. ex quibus assidue sagittant. colubrinis que ac serpentinis nostros deturbant. fatigant. pensant que eis cōducere et aliquā partem fosse que menibus adiacet implere. Opera itaque ab hoste adhibita lapides pgerere non cessant. et occulto in fossas iaciunt. Opera assiduitate pars fosse oppletur. antemurale que equatur. ex quo et muros ruina in dorsum formā redacta facilius cōscensus in menia efficitur. Precellentissimus princeps noster rhodiorum magister his cōspectis diuino quodam ingenio agendis incumbens nil pmittere decreuit quod saluti urbis conducere videatur. Naturitateque ac solita modestia vtens militibus ad conditionem vocatis conatus et discrimina grauitate et prudenter explicat. Adherbat enim lateri nobilissimus eius frater excellens miles Antonius danbussō dominus de montelio ad vicecomitem. vir quidem consilio et armis clarus. qui paulo ante ex gallijs robustis comitatus viris orientem sancti sepulchri visitandi gratia cupiens summopere tam gloriofo certamini interesse transfretarat. Is enim a fratre patrum decreto ob fidei integritatem. agendorum experientiaque artisque militaris disciplinam commilitonum dux et urbis capitaneus designatus magnanimum et prudentis capitanei

munia obijt. et rerū summe cōsultat. Aderant nō pauci equites Hierosolymorū p̄cellen-  
tes baiulini priores. senatorij ordinis p̄ceptores et fratres nobilibus familijs in occidē-  
tali plaga nati. Affuerūt negociatores prudētia pollentes. ac rhodij ciues. greci quoq̄  
ingenio p̄diti qui vnanimi cōsensu de tutanda vrbe cōsulant. Excelluit p̄fecto pluri-  
morum cuiusq̄ generis astantium. p̄bitas. generositas. virtus. ac magnanimitas. quorū  
sentētijs excussis principis nostri sollertia. quod optimū diiudicātū est elegit. Hos-  
tri vero cuiusdā experti suasu. machinam versilem quod tribuccū vocant. ingentia saxa  
in munitiones et hostium fossas torquens erigere statuūt. Edificaturq̄ celeriter machi-  
na periti viri sententia. nautarū et architectorū opera. Que vbi erecta est. vir peritus gra-  
uia saxa in hostes iacit. multosq̄ cōterit. munimenta diruit. damnaq̄ intulit. nō paruis  
pendenda. Excogitatū quoq̄ est eam partē fosse que lapidibus a turcis op̄leta erat es-  
uacuare. Sed cum id palam effici nō posset. cuniculo in pomerio effosso exitū sub lap-  
dibus nostri habent. et clam lapides in urbem cōportant. Sentiant p̄fecto turci qui  
fosse p̄p̄inqui erant lapidū cōgeriem minui. et ascensus oportunitatē adūmi. nisi cōstituta  
quod cupiunt efficiāt. Atroci enim muroz ruina cōspecta. statuitur munitionibus in-  
niti. que impetū machinarū sustineant. Muroz igitur lapsū munimenta et repara no-  
stri obijcunt. que in hunc facta sunt modū. Murus crassitudinis palmoz duorum in  
pomerio ex opposito menū ducitur. paliq̄ ex robustissimo ligno terre infiguntur. glis ra-  
musculis fruticibus q̄z intermixtis intus ponitur. assiduoq̄ attritu infusa aqua firmat.  
densaturq̄. Prouident insup ingenijs hostes in ip̄o cōgressu p̄pellere et p̄pulsare. Ignis  
q̄ artificiosos parant varijs modis recōditos. cadis picis sulphure. cōbustibilisq̄ mate-  
ria repletis. ac sacculis laminis ferreis. puluereq̄ machinarū refertis. q̄ ingenia exitio  
hosti futura sint. Ingens p̄terea cylindroz copia affert. que in hostes ruant cosq̄ p̄te-  
rant. Varia quoq̄ p̄pugnaculoz forma editur que turcis impedimento. nostris sunt ad-  
iumento. Delectabant cōspicientes viroz ingenia que remedia excogitabāt ac plaude-  
bant. Adducitur Heozgius proditor forū comitatus caterua ad custodiā data. Cōsul-  
tus de his que tuitioni futura sint. remissius tardiusq̄ respondet. nec de se experimentū  
ab eo expectatū prebet. quemadmodū pollicitus erat. sperabat quippe vir iniquus et cal-  
lidus videns muroz iacturā et facile ascensum per ruinā. ciuitatē in hostiū potestatem  
futuram. Quedā tamen protulit vt eius astutiam occultaret. Suadet machinā parari  
que in machinas hostium iaciat. Quod vt factum est turcus machine ictus ex aduerso  
dirigit. murūq̄ nō parum ledit. Dum hec agerent. epistole ex castris in urbem sagittis  
diriguntur. que Heozgiū insimulant. Nec heozgius licet vrbis discrimen videret ver-  
bis procacibus se abstinet. Que vt ad noticiā deueniūt vehemens in eum suspicio orit̄.  
quibus ex causis vinculis et carcere arcetur. Deputaturq̄ qui virum examinent et cau-  
sas defectionis p̄quirāt. Examinatus p̄radictorū ac cōiecturis sufficientibz cōiunctus  
torquet. In tormēto et extra rogatus. vltro fatetur iussu turcoz tyranni ad rhodios de-  
fecisse. vt urbē si posset p̄deret. quemadmodū plura oppida p̄didit. Sin minus rhodij  
p̄sinistre versaret cūcta diligentē acutiusq̄ p̄quireret et specularē. Mores q̄z et status  
ac cōditiones incolarū et regionis intelligeret ac demū si classis nō vinceret ad turcū re-  
uerteretur. docturus que ad vrbis expugnationē cōducerent. Proponebat nāq̄ turcus  
hanc urbem in suā ditionē redigere q̄ vt cōficeret multis pollicitationibz ac pluribz do-  
nis allectus Heozgius extitit. crimen cōiunctus supplicio capitis damnatur. et in propa-  
tulo spectante populo funo furci ligato Heozgius suffocatur. vt animā exalauit. popu-  
lus cum plausu ad priuatas stationes reuertit̄ letus et gaudēs de nece p̄ditoris christia-  
ne religionis qui tot animas perdere voluit et ad iugulationem et fidei orthodoxe abne-  
gationem tot p̄claros viros. castissimasq̄ matronas. sacrasq̄ virgines. et plebem chri-  
stianam perducere studuit. Luit tandem penas sceleri debitas vir perfidus. vigilans et  
semper aliquid cogitans. turcensis classis p̄fectus bassa. alteras litteras in urbem ias-  
pellectili salua promissa. multamq̄ immunitatem pollicentur. Solum verbis ditios-  
nem expostulat et interitum militum ac perniciem religionis Hierosolymorū affectat.



Si secus rebus suis consulant ad vnum omnes interituros affirmat. Putauit vir nepharius populū infidum inuenire et qui metu terreretur vel muneribus alliceret. sed repperit orthodoxe fidei plebem deuotā ac ordine Hierosolymorum fidā cōsilioq; et armis mutua equitū et latinorum nostrorum cōuersatione expertā. Ea igitur inuanum tentante alio vitur cōmento. Vitit ad ecclesiā beate marie virginis helebenitire greculū qui dudum ad turcos defecerat qui vigilēs alloquens ait bassam oratorem ad principem nostrum velle destinare dummodo tūus adiūs pateat. Respondet vt illic ad ripam fosse nunciū mittat. aderitq; in boleardo qui noīe magistri respondeat. Affuit postridie bassae orator qui nostris prius salutatis ait. Prefectū classis se nō parum immo vehemēter admirari q; tam potenti principi resistere audeamus. qui duo imperia tot regna tot vrbes tot puincias totq; potentatus subiugauit. Quare suadet vt nostre vrbi et agris indoleamus nec patiamur tam crudele facinus perpetrare nec vrbe diripi et ad iugulationem viros et mulieres ad raptū et ignominia duci. bellum an pax prestiterit dicamus. Pollicetur quippe breui forma et cōpendio pacem si libuerit se prestiturū. et nos possessores vrbis et agrorum permansuros. Aliter minas addens pmitit. ppe diem. ciuitatem in suam potestate transurrā. direptionisq; pbituram. et omne genus crudelitatis executurum. Qui principis nostri vice aderat edoctus respondet. Non possumus satis admirari. vos qui cum classe et impetuosis machinis castrorumq; copia. vrbe nostrā circumdatis. nos ad pacem hortari. cum id a militantiū officio alienū videatur. Verū figmento agere videmini. vt animos tentetis. Sciatīs nec pollicitatōes nec munera vestra nos mouere. aut ad aliquid indecens cōficiendum allicere. Nec pfecto mine vestre nos terrent. Sumus enim vnanimēs. nec discrimen est inter grecū et latinum. Christū enim colimus vna fide et firma mente. p quo pugnare parati sumus. et mortē potius oppete re q; mahumeto pungi sicut facebant. pmissa et mine. quibus nos monere conamini. Cū vestra classis domesticos lares reuēserit. si oratores de pace tractaturos mittetis de re cōsultabimur. Cum armati et exercitū pincti estis officium bellantiū pficite. et vobis deo picipio cōstanti animo respondebimus. Cognoscetis quoq; nō cum asiaticis et effeminatis viris cōtendere. sed cum catholicis fortissimis manum cōferere. Quo dicto turci vultu dimisso ex templo discedunt. Cum turcis maiori conatu. ingenio. arteq; resistit iporum infania incendit. Pudet quippe eos tū exercitū nō pualere. et sui tyranni formidolosam potentia a rhodis cōtēnni. Furibundi itaq; machinis. mortarijs sagittis. casthapulis. dies noctesq; vrbe lacerant. infestant. deterrent. expeririq; satagunt si rhodiorum animi facinora obire pclara audeant. quemadmodū preclara et magnifica verba pferunt. Secundum igitur alterum preliū ad turrin molis diui Nicolai cōmissus diebus septem et triginta exactis. vires in vrbe menia augent. faciemq; ciuitatis deturpant. Floua quidem vrbs crassissimo muro cincta turribus in celum erectis ornata. antemurali q; et pugnaculis apertissimis munita. trium milium quingentorum spericorum saxorum frequentissimis ictibus laceratur. deturpatur. demolitur. Eamq; ruinam plebsq; domus ciuium et magistratus palacia pznata ac magnifica patiunt. ita vt prioris vrbe facies penitus perditā videret. ac tanq; gigantei cadaueris sarcina prostrata iaceret. Attoniti sunt plurimorum animi. sed princeps vir quidem magna sapientia. generositate atq; magnanimitate. preclaris ac magnificis comitatus equitibus. pugnatorumq; globo fortissimo stipatus. spem in deum immortalē. ac filium eius dominū nostrū Jesum christum. eiusq; genitricē. pcursozem q; sanctum Johannē baptistam dirigens. cunctorum mentes solidat. Nec defuerunt magnanimi baiulini priores. pceptores. ac fratres sacri ordinis Hierosolymitani pariter negociatores. indigenes et greci qui pro fide orthodoxa fortiter pugnare non formidant. Non deterrebat pfecto animos. murosque formidanda ruina. Non metum incutiebat facilis hostium ascensus non machinarum impetuosis iactus mentes pturbant. Autumant turci paruo momento vrbe subigere. Putant nostri spe et fide pleni. Bahumetanam gentem facile propulsatum iri. Hinc Turci in auroza et solis occasu ad ripam fossarum fistulis et tympanis Turcensibus solitum cantum edunt. Exultant etiam de futura

victoria. Hostri in pomerio tubarum clangore iubilant. Princeps noster preclarissimus ingenti acumine predictus prope diem hostilem inuasionem futuram coniectat. Daturus igitur consilio presidia menium instituit. Hisque prestantes viros presicit. subsidia que non negligit quibus et electissimos sui ordinis cuiusvis nationis baiulinos et equites posse voluit qui presto casu urgente adesse debeant. Ipse vero partes subsidij non recusat. Quinimmo assiduo labori non parcens. in pomerio menium lapsoz residet. Illic somnium quous non diuturnum sumit. cenitat. versatur. Magistri vestigia strenuissimum quis sequitur. nec primi. nec mediocres. nec infimi onus recusant. Turci vero in castris. precones voce promulgant. vobis suppellectile in direptionem transitura. impuberem etatem sub iugum ut fide abneget mittenda. Proiectos vero et adolescentes ad vnum iugulandos. et qui viui capti essent. palis quos ad id exequendum octo milia parauerat cruciandos ciuitatis ditone turcoz tyranno reseruata. His diuulgatis properant turci ciuitatem aggredi. priusque id moliant. Habimetum suo more inuocant. corpus lauant purgantque. Sacculos ad rapinam parant. funiculos ad captiuos religandos zonis connectunt. Prædie que pugna iniretur. totaque nocte diei continue ac diluculo quod mane quo pugnatum est precessit. octo machine muris obiecte saxa ingentia assidue torquent. Quod loco propugnaculoz adhibitum erat diruunt. Vigiles que ac custodes et menium presidia partim occidunt. ut muris quisque super stare vix posset. nisi summo astu occultaret. et scalas ad signum campanæ paululum descenderet et demum conscenderet. Nec tempus datum est. propugnacula denuo instaurandi cum bombardarum ictus frequentiores essent ita ut tam paruo tempore trecenta vel circiter saxa iacta sunt. Turci vero iactu machinarum peracto ad signum iactus mortarii quod pridem eo in loco constituerant confertissimi magno impetu quam celeriter quinto kalendas Augusti ruinam orto sole conscendunt. Erat namque facilis ut diximus eis ascensus immo facilior que nostris per scalas. Superiora que muroz loca occupat. trucidato que illic erat que primo tanto impetui resistere nequiuit antequam subsidia nostra scalas ascenderet et illic hostilia signa statuunt. Idem que faciunt ad turrim italie cuius verticem oppugnat. Clamor vndique oritur. manus quosque viriliter confertur. magna que vi pugnatur. nostri quoque a dextro sinistroque cornu fortiter hosti resistunt. vbi affuerunt gloriose dimicantes miles prestantissimus dominus de montelio capitaneus armis pollens. baiulini que et equites Hierosolymoz ac negociatores non paucique indigene et cuiusvis nationis strenui. quorum quidam inter confertissimos hostes acriter dimicantes cecidere. alij multis vulneribus acceptis vitam seruauere. Scalis quoque que quattuor erant quibus in vicum iudeozum descendebatur vna principis nostri iussu perfracta qua turci descendere ceperat ex templo conscendit. Clarissimus magister et princeps noster Petrus danbussion preclara comitatus cohorte. magno fortique animo hosti se obicit. scalamque conscendit hostem viriliter oppugnat. propulsat quosdam que trucidat. Nec aliter ipse sui que comilitones quibus comitatus erat pro fide catholica et republica christianoz pugnaere que olim gloriosi machabei pro cultu diuino et hebreozum libertate preliati sunt. Nec haud secus que plerique romani principes pro tutanda patria dimicauere qui ob seruata rempublicam patres patrie meruerunt appellari. Hos enim precellentissimos viros imitatus princeps et magister noster discrimina non formidans vulneribus quinque in corpore susceptis. quorum vnum letale censebatur. nisi medicorum cura remedium attulisset. rhodiorum rempublicam tutatus est. seruauit. restituit. Ob quod preclarum quidem facinus pater patrie optimo iure appellandus est. Turci enim perpulchre armati. duo milia quingenti super muros erant confertissimi nostros secum manus confereutes armorum vi propellere nitentur. Primozum tamen virtus inuicta persistens diuino presidio suffultu nequaquam loco cessit. Sequebat que turcos qui muris positi erant ingens turcoz multitudo que totum campum adiacentem ruinam vallum et fossas expleuerat ut terra vix conspici posset. Affirmat per fuge quadraginta milia turcoz adesse. Pugnatum est duabz horis ambigua fortuna modo ad nostros modo ad turcoz victoria inclinante. Tandem diuina clementia principis et nostrozum virtute fouete turci fundunt. propulsantur. cedunt. itaque impetu et celeritate terga vertunt ut sibi necem et vulnera

afferrent. Spectaculo nobis fuit quod a nostris interpugnandū gestum est cōspicere. Et turcis quippe qui nostros fortiter laceſcebāt sup muros stantes trecenti a nostris in vicum iudcoꝝ precipites trabuntur et impellunt. Erat nāq; muri altitudo ad intra fere pedū viginti. Hi omnes ad vnū trucidati sunt. et cadauera vulneribus deformia passim iacentia intra urbem visa sunt. Cum turci pedē referrent. et ad castra tenderēt. nostri eos cōsecuti sunt et cōplures intra munitiones occiderunt. quozū spolijs ac insigni tyranni vexillo auro argentoq; ornato quod tante victorie monumento et tūc positi. magno cum plausu urbem per muroꝝ ruinā intrant. Cecidere ea in pugna turci tria milia quingenti. quozū cadauera intra urbem super menia fossa. munitionibusq; hostium et mari reperta sunt. Et postmodū ad luem vitandā que passim deformia et lacera iacebant cōbusta. Interire put per fuge diuulgant qui cum exercitus a bassa recenseretur aderant. ex turcis obsidionis tempore nouem milia. vulneratq; sunt milia quindecim. magnisq; incōmoditatibus exercitū affectum affirmant. Fama satis cōstans est et palā a perfugis vulgatur turcos visionis miraculo exterritos tanta trepidatione loco cecidisse ac pedē retulisse. Aiunt enī cū vexilla dñi nostri Jesu christi ac virginis Marie ac sancti Iohānis baptiste religionisq; Hierosolymoz in cōflictu iussu principis erecta sunt crucem aureā in aere splendidissimā hostes vidisse. Apparuisse insuper candidissimā virginem clipeum et hastā gestantē. ac hominē vili veste obsitū splendidissimo comitatu stipatum p̄sidio adesse. Que visio tñ terroꝝ eis incussit. vt nullo pacto p̄gredi ausi sunt. Fatendū quoq; est hanc victoriā de celo dimissam esse. Quomodo tam parua militum nostrozū copia hosti potentissimo iam muris posito resistere potuisset. nisi diuinū p̄sidium affuisset. Quō tam parua temporis morula. tanta hostiū manus cecidisset nisi angelus dei victoriā attulisset et inimicos trucidasset. Erāt enī tot occisozū cadauera. et ita perpulchre ordinata. vt nō horarū sed dierū opus esse videretur. et id potius diuinitus q̄ humanitus cōgisse putetur. Quis hostē menia possidentē. iamq; victoria lasciuientem et exultantē teruit. Deus clementissimus. Quis hostē ne scalis descenderet anteq̄ subsidia cōscenderent. phibuit. deus fortissimus. Quis corū mentes obcecauit vt post primā pugnam nō aggrediunt nostros. et multis vulneribus oppressos et defatigatos oppugnent. deus clementissimus. Quis tam potentē hostē qui tot et tanta regna subiugauit. phibuit. ne hunc Hierosolymoz principatū. mediocrē quidē ac ceterozū cōparatione tenuem. post Cōstantinopolitane urbis excidiū sue ditionis faceret. deus sapientissimus. Agamus igit gratias de tanto beneficio ei qui nos ab impioꝝ manibus p̄seruauit. Turci enī spe potiunde urbis ducti q̄ crudelitatis genera exercere p̄ponebāt. sed nephando optatu frustrati tanq̄ pecudes trucidant. ppulsantur. vincuntur. Ex templo pugna cōmissa ad primū lapidē castra ⁊ papiliones turci collocant. machinas ad litus maris deuehunt. et nauigijs onerant vulneratos. et quos ex licia traiecerāt multos dies vsq; ad eozū discessum in turchiam cum omni suppellectili reuehunt. Quos vineas predia si que intacta illesaq; remanserāt vastant. depopulant. incendunt. ingenti pecudis multitudine subacta. Dum hec turci molirentur et discessum pararēt. apparuere subsidiarie naues quas p̄cellentissimus Sicilie rex Ferdinandus fidei catholice deuotissimus rhodijs mittebat. Que ad auram post meridiem turcis cōspicientibus cum rhodiorum plausu. et gratijs altissimo datis portū intrare nō formidāt. Hostis machinas quas ad hoc parauerat in eas dirigit. Jactu machinarū vna detrimentū malo excipit. altera incolumis euasit. Anchoris ante aditum portus naues subnixe vi tormentoz et maris estu feruente paululum ab aditu discedūt. Despero adueniente ⁊ p̄cella ingruente nauis que lesa fuerat portū intrat. altera vela ventis dare compellitur. Postridie eius diei cum ea nauis portum subire niteretur vento deficiente. dum placidū redditur mare nec longius a classe turcensi distaret. trirēmus turcoꝝ viginti exercitū et rhodijs cōspicientibus nauim aggrediunt et oppugnant. Qui nauim deuehuntur. viriliter se tutant. Hostis vero tribus nauali prelio machinarū iactu pugnatū est. Tandē nostri victores euasere. In qua pugna trirēmū p̄fecto occidit. Hac q̄ incōmoditate accepta. ad suos hostis reuertit. et nauis subsidiaria postera die portū plenis velis intrare nō formidat.

Attulerunt profecto he naues nunciū quod Rhodios nō parua affecit leticia. Pontificie quippe littere recitantur. que rhodiorū animos paterna monitione solidant. Subsidia q̄ nauū parata pandunt que prope diem ventura erant. Preterea grandē expeditionem parari nunciant. que nedum rhodios obsidione liberare. verum etiā inimicam classem expugnare. ac p̄sternere possit. Rhodū leto accepto nuncio clementissimū rhodiorū manum pontificē Sixtū quartū miris laudibus tollūt. laudant. predicant. deoq̄ pro eius felici statu humiles p̄ces fundunt. Hic quoq̄ rumor ad turcos transit. qui perterriti ceptum discessum accelerant. Exactis igitur nouē et octoginta diebus rhodiorū litore classis soluens. phiscum nauigare p̄perat. Illic milites et suppellectilē exonerat. vbi dies vndecim morata ad domesticos lares cum clade et ignominia reuertit. Qui obsidionis pericula expertus est et res publico functus officio cognouit ad laudē dei. christiane religionis exaltationē et rhodiorū gloriā rerū gestarū cōmentariū edidit.

#### De captione ciuitatis Idruntine.

Ane postea q̄ insula rhodi diuino potius miraculo q̄ alias muris illius p̄ magna parte solo equatis a turcorū obsidione et furore fuit liberata. atq̄ ita ipi turci spe sua et conatu impijssimo frustrati fuerunt. indigne valde obprobrium illud ferentes. atq̄ plurimis quas eis christianorū negligentia parauit elati victorijis tantis stragibus et calamitatū generibus. quibus regna. puincias. ciuitates et loca plurima christianorū hactenus affecere nequaq̄ cōtenti. neq̄ sparsi sanguinis fidelium multitudinem satiatū. arbitrabantur facile ignominia quā a rhodianis accepissent in ceteros christicolos posse retorquere. Proinde classem denuo instaurant validissimā et copiosum exercitū parant. p̄tes italie. maxime mari adriatico vicinas. terra mariq̄ inuadere et successiue in diram et miserabilē redigere seruitutē animose cōtendunt. Fimurum cum ipse turcorū tyrannus crudelissimus. auro et hominibus abundans et domnandi mira cupiditate inflammatus. optime intelligeret gentes sibi vicinas. bellis frequentibus per eum attritas. arma sumere nō audere. et solos fideles vngaros muro co ad orientē remansisse. in italos extūc seuire decreuit Ergo post ceteras cruentissimas iacturas et strages quas christianis populis ipi nependissimi hostes fidei turci in alijs terris intulerūt. post horrendā tot ciuitatū euersionē. miserabile excidiū. et lamentabiles atq̄ vniuerso pene orbi terrarū notissimos conatus. rhodiorū vrbis postremo cū ingenti multitudine gentium. terra mariq̄ obsidionē in Apuliam regni Sicilie puinciam cum magno exercitu et classe ex velona applicuere. Est in ea puincia ciuitas quedam archiepiscopali sede insignis. atq̄ populorū multitudine et rerum omnium opulentia nō minime prestans idruntū appellata. vnius noctis nauigatione a predicta ciuitate Velona. que sub turcorū est potestate distans. Hanc ipi immanissimi turci post aliquot dierū obsidionē. et muroz eiusdē machinarū impetu euersionē. tandē (heu rem miserā et afflictam) cruentissimo bello vi et armis ceperūt. expugnauerunt. spoliauerunt. viris partim cecis. partim acerbissime seruitutis iugo subiectis. matronis stupratis. virginibus raptis. sanctimonialibus sedatis. adolescentibus immaniter trucidatis. senibus hominum et equorū calcibus cōculcatis. Sacerdotibus etiā intra ecclesiā p̄ defensione fidei. humiles p̄ces instanter altissimo porrigentibus. ferarū more iugulatis. et ipso archiepiscopo idruntino sene et annoso. pontificalibus induto sacratissimā crucē manibus tremulis tenente. terra lignea crudeliter in frustra diuiso. pregnantibus q̄ cum semiuuis corporibus inaudita crudelitate dilaniatis. atq̄ dilaceratis. demū ciuitatē ipam idruntinā in suā ditionē redactā. hominibus et numero copioso. muris. victualibus. vallo. machinis. armis et alijs ad defensionē necessarijs murū in modū munierūt. Tandē ipso turcorū principe mahumeto. haud longe post ex hac luce subtracto. filius eius in regno successor qui hodie turcis imperat. p̄fata ciuitatē idruntinā regi reddidit Neapolitano. ex causis quas breuitatis gratia p̄mitto. Atq̄ ita turcis vrbis et apulie puincia pulsis xpianis incolis denuo idruntū inhabitat. hec de historijs istis breuiter dicta sufficiat.